



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

XXXVI. Ad incontinentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

*Pater & Ave cum Credo. Qui verè credit, ho  
mini non fudit. Fideli unus sufficit Deus.*

## EXHORTATIUNCULA XXXVI.

## Ad Incontinentes, &amp; impurè viventes.

## I.

**F**illi; quando tandem Finis turpitudinis vestræ?  
Ecce! jam insonat in aures vestras tuba S.  
Hieronymi truculenta clamantis: *O ignis inferna-  
lis luxuria! cuius materia gula; cuius flamma  
superbia; cuius scintillæ prava colloquia; cuius  
fumus infamia; cuius cinis immunditia;  
cuius finis gehenna.* Recedat jam omnis im-  
munditia; ne quidem nominetur in vobis.

*Instructio meritoria.*

Et hoc rogo per immaculatas SS. Personas, per  
Jesum, & Mariam, quorum præsidio ut præser-  
vetur ab omni carnis inquinamentō, recitabit  
dilectus duo officia de Nominē Jesu, & B. V.  
Maria sine labe Concepta cum integra octava,  
hoc firmō propositō, vel his octo diebus amo-  
re Jesu, & Mariæ sese continendi ab omni luxuria.  
Fili! poterit, si velit. Quid dubitat de Jesu? quid?  
vel cur de Maria?

## II.

**A**Mande! quid fiet vobis, si secundum car-  
nem vixeritis? lata est sententia: reus est  
mortis! moriemini! nec moris emanebit diu.  
Nemo enim infirmior; nemo miserior, turpior  
nemo homine immundo, & lascivo. Est &  
abo-

abominatio in oculis Domini ! ergo nescitur rigor Divinæ Justitiæ , quō & integræ funditus deletæ sunt c̄ivitates , & provinciæ , ubi imperabat incontinentia vitæ ? sic citò pereunt , quæ vix unō dārārunt momentō . Verè momenta neum , quod delestat ! Æternum , quod cruciat .

*Instructio meritoria.*

Ne incidamus in manus Domini , portas cautissimè custodiamus sensuum , & corporis nostri . Sit hodiernum propositum fitum , fugiendi sexum alterum , & conversandi cum Regina Virginum Maria , cujus amore manentes in solitudine , medium horam dabimus piæ contemplationi de pretio , & nobilitate Virginitatis , atque castitatiæ . In fine quinque Psalmos Nomen Mariæ exprimentes offeramus . In hoc S. Nomine oleum effusum omnis honestatis , & virginalis pudicitiæ .

III.

**A**MICE ! ò si pudicitiæ angelicæ excellentias ; & præmia intelligeremus , quām puriores , & mundiores viveremus ! stimulet , inflammet nos S. Athanassi adhortatio , dum exclamat : O continentia ! tu mortem destruis , & immortalitatem advehis . Tu es gaudium prophetarum ! tu gloria Apostolorum ! tu vita Angelorum , & corona sanctorum omnium . Ecce ! quām pulchra sit casta generatio cum claritate . Brutorum est , volutari iu luto , & stercore ! Christiane ! quæ dignitas vestra ? imago Dei est : & in lutum abducis ? ò impudentiam !

*In-*



*Instructio meritoria.*

Qui odit animam suam (& corpus) in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, effatum Domini est. A nobis jam ultionem sumamus, carnem spissitui, & spiritum Deo subdamus. Ne caro rebellet, cingamus ciliciis, & humiliemus nocturnō jejuniō. Heu! caro Jesu innocentissima quanta non inter tormenta: & peccatrici parcatur?

## EXHORTATIUNCULA XXXVII.

Ad Consuetudinarios, & in idem peccatum sæpius relabentes.

## I.

**F**ili! Peccatum satis est! Non adjicias iterum! Miserere Redemptoris! Cessa offendere Iesum! Peccatum quò crebriùs iteratur, eo magis homini dominatur: nec spes tam acceleratæ conversionis, & poenitentia. Serò profectò medicina paratur, dum mala per longas convalevere moras. Evellitur faciliter arbuscula, dum adhuc tenera; si radicata, etiam viri non poterunt robustissimi. Et tu de die in diem emendationem differs? differs: sed in ruinam. Vocavi! Reuisti! Ridebo! Gratiam conversionis negabo. Hæc Christus per me consuetudinario.

*Instructio meritoria.*

Ut tandem agnoscat infelicitatem, & manifesta statûs sui pericula, hodie unam integrum impendat horam precibus, & extraordinariæ pietati, quâ SSS. Trinitati offeret tria sacra Rosaria

L. 1. 2.

com